

LIX. TREBVLA? (*Quadri*).

Conscripti Trebulani si vere imp. Hadriano posuerunt titulum n. 2823, Trebula quaedam apud auctores non nominata fuerit necesse est ad Sagrum fluvium ibi fere ubi nunc est Quadri vicus prope Pizzoferrato

oppidum. Certe titulus ita comparatus est, ut res publica eo loco sedem habuisse videatur.

2823 [= 5151] rep. prope Quadri ad ecclesiam *Madonna degli Spineti*. Ecclesia ea aedificata est super aedificium antiquum. Hodie Agnone apud Cremonesium imminuta.

*imp. caesari*  
 DIVI HADRIANI  
 PARTHICI f. divi  
 NERVAE nepoti  
 5 HADRIANO  
 AVG. PONTIF. MAX.  
 TRIB. POT. COS.  
 III p. p.  
 CONSCRIPTI  
 sic 10 TREBVI. OB MERITA  
 IOVI. TREBULANO

Descripti ad ectypum, recognovit ad archetypum usque ad v. 8 Dressel. Ectypum et apographum misit Cremonese, unde edidi *Bull. dell' inst.* 1847 p. 152. Henzen 5454 ex ed. 1.

10 OB, non OP ectypum. — Supplementa quae proposui v. 9. 10. 11 quod requirunt Hadrianum coli in hoc titulo pro Iove Trebulano sane parum commode procedit, nec satis defenditur eo, quod idem in titulo Parii in Asia minore reperto (vol. III n. 374) dicitur *Iupiter Olympius conditor*. Sed non praestat, de quo

item cogitavi, supplementum tale: *pro salute imp. Hadriani conscripti Iovi Trebulano*.

2824 [= 5152] prope Quadri ad ecclesiam *la Madonna degli Spineti* iacet in campo.

tympanum  
 OFINIAE ARISTAE  
 columnae PATRONAE columnae  
 L · C · OFINI · L · D · S · P  
 mulieris  
 effigies

Recognovit Dressel. Cremonese misit Instituto archaeologico.

Observa libertos eiusdem mulieris praenomine diverso utentes, non utentes cognomine.

2825 [= 5153] in via publica sub vico Pizzoferrato non procul a Castello Sangri CAR. Quaesivit neque invenit DRESSEL.

pater F · C  
 VS · ANNORVM · XVI  
 ANNORVM  
 omni BVS · SVVIS · DVLCISSIMVS  
 5 incundius HOC · PVERO · NIHIL · FVIT  
 A · ERIPVIT · A · PARENTIBVS  
 MARIA · C · F · SITA  
 A · XXIII

Caraba qui descripsit mihi dedit, idem edidit et *Filologia Abruzzese* IV p. 86 et per Guarinium comm. XX p. 34.

Carabae exemplum prius supra repraesentavi; posterius, scilicet quod mihi dedit et Guarinio, non in principio, sed a fine ruptum est et differt praeterea in his: 2 ANNORVM (om. VS et XVI), 3 ANNORVM·XI, 4 SVIS DVLCISS (IMVS vel ut hic est IVS in finem 5 reiectum est) 6 PARENTI....